



# Laibacher Diöcefanzblatt.



Inhalt: 36. Allocutio Pontif. in Consistorio die 14. Dec. 1891. — 37. Literae Pontif. de hierarchia in Japonia. — 38. Decretum S. R. C. dtt. 6. Febr. 1892 de oratione pro Imperatore austr. in missis solemnibus. — 39. Ausstellung in Madrid anlässlich der 400 jährigen Gedenkfeier der Entdeckung Amerikas. — 40. Erkenntniß des f. f. Verwaltungsgerichtshofes vom 13. Novb. 1891 in Betreff der zu Kirchenzwecken genüdmeten Objecte (Kirchenglocken). — 41. Auszeichnung der Schläderischen Lehrerwitwen-Stiftung. — 42. Priester-Exercitien. — 43. Canonische Visitation und Firmung. — 44. Mäßigkeit-Gemein. — 45. Literatur. — 46. Concurs-Berlauterung. — 47. Chronik der Diöcese.



36.

Sanctissimi Domini nostri LEONIS divina providentia PAPAE XIII.

Allocutio in Consistorio habita

die 14. Decembris anno 1891.

*Venerabiles Fratres!*

Non est opus multa disserere apud vos, ut intelligatis domesticum cum Ecclesia certamen, quamvis non uno semper tenore violentiae geratur, verissime tamen in dies ingravescere. Plus nimio italicarum rerum per se loquitur cursus. — Vide-licet premit atque urget vecordia pertinax inimicorum, quibus circumventi sumus: qui arte confisi dispari, partim quidem propalam atque acerbe grassantur, alii per occultum et in speciem lenius. Unum genus est eorum, qui infensum animum dissimulare adeo non curant, ut potius prae se ferant: iique vulgo iactantes, hostilia quaelibet adversus Pontificem romanum, ut adversus hostem, audenda, novas iniuriarum caussas quotidie exquirunt, ac velut aperto praelio dimicant. Remotiora ne repetamus, recens est earum memoria rerum, quas Octobri proximo in oculis prope Nostris patravere. Nimirum cum tam luculentas significationes tantae multitudinis asperrime paterentur, adeoque perturbare eas omni conditione decrevissent, effudere sine modestia, sine modo quod habebant clausum in pectore: nil veriti exagitare, sine iusta caussa, atrociter dictis factisque homines innoxios, pietate non civilibus studiis peregre advectos: itemque

lacecessere, Roma teste, Pontificem, mistis inter convicia minis. Nunc progressi longius ciere scriptis, concessionibus, Italiâ totâ multitudinem, connixi per suffragia popularia evincere, ut agatur cum Iesu Christi Vicario durius, nec plus ei relinquatur iuris, quam quantum privato cuiilibet lege tribuitur. Neque tamen is prave coeptorum futurus finis: se quippe velle fatentur pontificatum ipsum perimere, huiusque rei caussâ nequaquam recusaturos, si quando facultas inciderit, ad vim descendere. — Id quidem palam non audent pars altera inimicorum: quin etiam exercitas cum Ecclesia inimicitias verbis tegunt, aut quaesita excusatione defendunt. Porro moderationem praferunt, calliditate utuntur, exploratum est enim, si verum quaeritur, idem hos ipsos petere, idemque velle, quod alteros. Quid enim est, quod oppugnatores christiani nominis acerrimos et apertos, etiam cum continere publica auctoritate possent, non continent? Illud peius, quod in populo contumaciam atque odia ipsimet exasperant, quando notare Pontificem perinde audent atque italicis rebus minaciter imminentem. Quod si abrogari certas leges nolunt, quarum species est impetrare aliquid Sedi Apostolicae praesidii, idecirco nolunt, quia consiliis suis expedit

nolle. Eas enim intelligunt ad excusationem valere foris, ad tutelam domi; praeterea, quo minus rei catholicae noceatur, non admodum obstare. Revera quod nonnulli ex ipsis eorum partibus fassi sunt, complura vidimus perniciosa Ecclesiae, iniqua Pontifici, nihil iis impedientibus legibus, constituta. — Vereri se quidem pontificalem potestatem testantur; sed hanc ipsam potestatem divinitus pontifici traditam moluntur descriptis a se finibus cohibere, obstinatissimi inter omnes in eo, ut et doctrina et re obnoxiam faciant Ecclesiam principatui. Similique ratione integrum cuique ac tutum nunciant, ad Pontificem e quibusvis terrarum partibus, obsequii caussâ adire; re tamen ipsa, in tam insigni iniuriarum licentia, deterri externos necesse est insolentiâ plebis. — Ita Nobis, utriusque generis adversariorum operâ, vel ipsa alloquendi audiendi commercia non parum praepediuntur, et ad minimam quamque occasionem illustratur et erumpit, quod initio diximus, vexari nos quotidie indignius, atque in mediis difficultatibus perpetuo luctari. Quae quidem si tot ac tantae sunt in pace rebusque compositis, nemo potest satis perspicere, quorsum evasurae, si quid subitum ingruat, praesertim commotis suspicionibus belli.

Unde vero factum, ut hostilium vis animorum novissimo tempore inardesceret? Nos profecto, quod proximus Decessor Noster, quodque Nosmetipsi facere vix dum inito pontificatu ex conscientia officii instituimus, idem constanter persecuti postea sumus. Vindicari postulavimus in libertatem debitam, Nostrumque ius in hanc urbem nominatim, providentiâ Dei et saeculorum suffragio addictam Pontifici, repetere perreximus; plane sentientes, quod non semel memoravimus, incolumitatem iuris Nostri cum salute, libertate, prosperitate italici generis optime posse consistere, imo Italorum cum Apostolica Sede consensum omnino ad eorum bonorum incrementa domi forisque profuturum. Quae scripsimus, quaeque usque ad hanc diem, nihil

tamen minitati cuiquam, egimus, omnia testantur, nihil esse neque in sententia Nostra, neque in agendi ratione mutatum. — Alia igitur in crescentis contentionis est caussa quaerenda. Atqui rem vide-mur verissime iis attigisse litteris, quas ad Italorum gentem dedimus anno superiore, in quibus pravarum arcana sectarum ipsissimis eorum verbis, qui essent consciî, aperuimus; quibus quidem verbis, novissime in ipso legumlatorum coetu haud ambiguæ concinuere voces. Commune sectarum consilium est fatigare pugna atroci summum pontificatum, et funditus, si fieri possit, christianum abolere nomen. Modo properant destinata patrare, certum rati, omnia sibi secunda atque obedientia fore. Siquidem non modo nihil impedimenti, unde metuendum maxime videretur, sed indulgentiam atque incitamenta coeptorum plus semel sibi vident adesse.

En igitur, Venerabiles Fratres, quo res loco sint; idque et cognosse decet et meminisse, quia defensionem contra vim parantibus prodest itinera hostium habere comperta. — Atque hue magnopere velimus intendant animum, qui regnis praesunt et imperiis; facile enim intelligent, non religionis tantummodo, sed etiam civitatis omnino interesse vias impietati moribusque pravis, ne ultra procedant, intercludi. Etenim ubi dominatur impietas ibi collabefieri necesse est praecipuum civitatis fundamentum, quod religione et honestate morum continetur; comminuta vero potestate Ecclesiae, quae vim habet alligandi maximam, omnis est fluxa ac male tuta futura auctoritas. — Reputent autem, quotquot ubique sunt, catholici, quid agitetur adversus christianum nomen universe, quaeque nominatim in Apostolicam Sedem consilia struantur, coniunctisque Nobiscum animis contendant rerum malarum audaciae, oppositu constantiae suae, resistere, Deo freti, cuius in bonitate potentiaque spes nostra maxime nititur.

37.

## Litterae Pontificiae de hierarchia in Iaponia.

LEO PP. XIII.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Quamobrem rogatis uti par erat VV. FF. Nostrorum S. E. R. Cardinalium e sacro Consilio Fidei propagandae sententiis, fusis ad Omnipotentem Deum precibus, implorataque ope Deiparae Virginis sanctorum Apostolorum Petri et Pauli et Francisci Xaverii qui ministerium veritatis et salutis in Iaponia gessit, nec non et inclitorum Martyrum quorum olim triumphali sanguine Iaponicum solum perfusum est, motu proprio certa scientia et matura deliberatione Nostra, de Apostolicae potestatis plenitudine ad majorem divinae Maiestatis gloriam fideique catholicae incrementum, his litteris Nostris Episcopalem Hierarchiam in Iaponico Imperio excitamus et constituimus, atque illustrem Urbem Tokio quae Imperii caput et Serenissimi Imperatoris sedes est, ad Metropolitanae seu Archiepiscopalnis Sedis dignitatem evemimus, ditioni eius attribuentes, ad septentriones totum eum tractum qui Provinciarum Itchigo Iwatshiro Iwaki fines australes attingit, ad austrum totam plagam quae integras Provincias Jetchidjen Mino et Owari complectens, usque ad lacum Biwa patet, ad ortum et occasum regionem totam utrimque patentem, usque ad oras quae mari alluuntur.

Huic autem Metropolitanae Ecclesiae tres Episcopales seu suffraganeas Sedes adiicimus, quarum alteram in urbe Nagasaki Iaponensium Martyrum nobilitata trophyis, alteram in civitate Osaka, tertiam in urbe Hakodate erigimus et constituimus. Nagasakiensis sedes Iaponiae regionem quae magis in Austrum vergit complectetur, insulas scilicet Kiou-Chiou Hirado Goto Tsuchima Lioukou, nec non minores alias, quas circumfusas pelagus ambit.

Osakensis sedes centralem Iaponiae partem obtinebit, nempe totum eum tractum, qui a lacu Biwa et a finibus Provinciarum Imperii Ietchidyen

Mino et Owari, ad occidentales usque oras magnae Insulae de Nippon pertinet, adiecta insula Chicocou, aliisque obiacentibus, quae sub potestate Magistratum Provinciarum quas supra diximus, continentur.

Hakodatensis tandem Dioecesis regionem totam habebit, quae proprius septentriones subit, scilicet ad Boream totum territorium Jezo et insulas Kouriles complectetur, et ad austrum integras Provincias Itchigo Iwatshiro Iwaki, quas supra memoravimus.

Quo vero Sedibus quas constituimus de idoneis Pastoribus provideamus, Vicarios Apostolicos qui antehac suas curas Catholicae Religioni in Iaponia provehendae sedulo contulere, his Nostris litteris Ordinariorum Episcoporum iure ac nomine insignimus, scilicet Venerabiles Fratres Petrum Osouf ab titulari Ecclesia Arsinoite ad Metropolitanam Sedem Tokiensem, Iulium Alfonsum Cousin a titulari Ecclesia Acmoniensi ad Sedem Episcopalem Nagasakiensem, Felicem Midon a titulari Ecclesia Caesaropolitana ad Episcopalem Sedem Osakensem, demum Alexandrum Berlioz a titulari Ecclesia Ca-lyndensi ad Episcopalem Sedem Hacodatensem transferimus et promovemus.

Archiepiscopi autem Episcoporumque munus erit, coniunctis animis et studiis rite ordinandis Ecclesiae rebus, et Christi Domini regno amplificando operam navare, itemque rectae rerum sacrarum administrationi accurate consulere. Nobis autem nihil unquam antiquius futurum, quam auctoritate consilio ope Nostra iisdem praesto esse in omnibus, quae ad divini nominis gloriam et animarum salutem pertinere intellexerimus.

Cum porro Iaponici Imperii studium luculenter eniteat in iis peragendis, quae ad utilitatem prosperitatem decus Iaponici nominis potissimum

spectant, nihil dubitamus auctoritate publica cautum fore, ut novis Pastoribus plena ea libertas ministerii constet, cuius ope non modo christiana sapientia, sed verae etiam humanitatis laus in populos propagatur. Annuat dives in misericordia Deus, qui facit mirabilia magna solus, ut suae bonitatis divitiis in unius fidei confessione, et in catholicae Ecclesiae gremio, Japoniae cives universi late perfruantur.

Decernimus tandem has Nostras litteras nullo unquam tempore de subreptionis aut obreptionis vitio sive intentionis Nostrae alioque quovis defectu notari vel impugnari posse, et semper validas ac firmas fore, suosque effectus in omnibus obtinere, ac inviolabiliter observari debere.

Non obstantibus apostolicis atque insynodalibus sanctionibus, nec non veterum Sedium existentium olim in Iapone et Missionum ac Vicariatum Apostolicorum ibi constitutorum, et quarumcumque Ecclesiarum ac piorum locorum juribus

aut privilegiis, juramento etiam confirmatione Apostolica, aut alia quacumque firmitate roboratis, ceterisque contrariis quibuscumque. His enim omnibus tametsi pro illorum derogatione specialis mentio facienda esset, aut alia quantumvis exquisita forma servanda, quatenus supradictis obstant, expresse derogamus. Irritum quoque et inane decernimus, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter aut ignoranter contigerit attentari. Volamus autem ut harum litterarum exemplis etiam impressis, manuque publici Notari subscriptis et per constitutum in ecclesiastica dignitate virum suo sigillo munitis, eadem habeatur fides, quae Nostrae voluntatis significationi, ipso hoc diplomate ostendo haberetur.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die XV. Junii anno MDCCCXCI. Pontificatus Nostri XIV.

**M. Card. Ledochowski.**

### 38.

#### Decr. Congr. Ritum ddo. 6. Febr. 1892 de oratione pro Imperatore austr. in missis solemnibus.

Per Decretum „Fulget jam in ecclesia“ a S. R. C. die 10. Febr. 1860 jussu summi Pontificis Pii IX. emanatum pro Austriae Imperatore inter alia et sequens concessum est Indultum, videlicet: Ut in omnibus et singulis ecclesiis latini ritus intra fines imperii Austriaci constitutis „in singulis per annum missis vel solemnibus vel parochialibus, diebus tamen, quibus per rubricas licet, addatur pro Imperatore specialis Collecta cum Secreta et Postcommunione. Nunc vero sensus verborum „missa solemnis“ a diversis diversa accipitur interpretatione:

Nonnulli insistentes sensui stricto Rubricarum per „solemnam“ missam intelligunt illam, quae celebratur in cantu cum diacono et subdiacono, cuique convenient Thurificatio, pax et reliqua

omnia, quae in rubricis de missa solemnni prescribuntur.

Alii vero, rati, quodsi expressio „missa solemnis“ sensu stricto accipienda foret, Indultum Imperatori Austriaco a Papa Pio IX. tanquam singularis Suae ac vere paternae benevolentiae pignus traditum maxima sua parte in permultis ecclesiis, non solum minoribus, sed etiam in majoribus fere penitus frustrari, expressionem „missa solemnis“ (motu principio: „Favores ampliandi“) sensu latiori accipiunt, in quo conceptu missae solemnis etiam missa cantata subsumitur.

Ad amovendam igitur omnem ambiguitatem et disceptationem a S. R. C. humillime postulatur authentica declaratio de genuino sensu, in quo juxta mentem ipsius Sacrae Congregationis verba

„missa solemnis“ in casu intelligenda sint: 1) an *solummodo* de missa solemni sensu stricto cum assistentia sacerorum ministrorum et 2) an *etiam* sensu latiori de missa cantata sine assistentia ministrorum sacerorum?

Darauf ist nun von der Ritencongregation folgende Entscheidung erlossen:

Ex Apostolico Indultu in omnibus et singulis Ecclesiis latini ritus intra fines imperii Austriaci constitutis, quando missa solemnis celebratur, diebus tamen, quibus licet per Rubricas, additur Collecta specialis pro Imperatore. Quum vero sensus verborum „Missa solemnis“ diversa a diversis interpretatione accipiatur, hinc Reverendissimus Dominus Franciscus Maria Doppelbauer, Episcopus Lincien. ad tollendam omnem ambiguitatem Sacrae

Rituum Congregationi sequens dubium pro opportuna solutione humiliter subjicit, nimirum:

„An verba „missa solemnis“ stricto sensu, de missa scilicet, quae cantatur cum assistentia sacerorum Ministrorum intelligenda sint, an latiori sensu de Missa quoque eum cantu, quae absque ministris celebratur.“

Sacra porro eadem Congregatio ad relationem infrascripti Secretarii, exquisito voto alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris ita proposito dubio rescribendum censuit, videlicet:

*Negative* ad primam partem; *Affirmative* ad secundam. Atque ita rescripsit et declaravit die 6. Februarii 1892.

† Caj. Card. Aloisi Masella Praef. m. p.

### 39.

#### Zuschrift des hochwohlgeborenen Herrn k. k. Landespräsidenten von Krain, ddo. 4. October 1891, Nr. 2582,

betreffend die im Jahre 1892 in Madrid anlässlich der vierhundertjährigen Gedenkfeier der Entdeckung Amerikas stattfindende Ausstellung.

„Anlässlich der vierhundertjährigen Gedenkfeier der Entdeckung Amerikas durch Christoph Columbus veranstaltet die königlich spanische Regierung im Jahre 1892 in Madrid eine Ausstellung jener auf Amerika sich beziehenden Objecte, welche geeignet sind, die Culturverhältnisse der neuen Welt vom Anbeginne bis zur ersten Hälfte des 17. Jahrhunderts zu illustrieren. Mit dieser verbindet sich eine zweite retrospective Ausstellung von Kunst- und Kunstgewerblichen Gegenständen, insbesondere von solchen kirchlich-sakralen oder decorativen Charakters aus dem XV., XVI. und aus der ersten Hälfte des XVII. Jahrhunderts, welche den Zweck hat, den Culturstand Europas zur Zeit der Entdeckung und Eroberung Amerikas zu veranschaulichen. Die beiden Ausstellungen, welche die officiellen Titel „Exposicion Histórica - Americana“ und „Exposicion Histórica - Europea“ führen, sollen am 12. September 1892 eröffnet und am 31. December desselben Jahres geschlossen werden.

Die königlich spanische Regierung hat den Wunsch ausgesprochen, daß dieses Ausstellungs-Unternehmen auch in Österreich bekannt gemacht werde, um eine Betheiligung der interessirten Kreise zu ermöglichen.

Laut Eröffnung Seiner Excellenz des Herrn Ministers für Cultus und Unterricht vom 19. Sept. 1891, §. 1711, nimmt hochdieselbe keinen Aufstand, diesem Wunsche Rechnung zu tragen, zumal neben der allgemeinen culturhistorischen Bedeutung dieser Ausstellung die mannigfachen historischen und dynastischen Beziehungen der Völker Spaniens und Österreichs ein solches Unternehmen der thunlichsten Förderung würdig erscheinen lassen.

Infolge dessen beeheire ich mich das hochwürdige fürstbischöfliche Ordinariat auf das Stattfinden dieser Ausstellung mit dem Beifügen aufmerksam zu machen, daß sich in Wien eine Ausstellungs-Commission unter dem Ehrenpräsidium des königlich spanischen Botschafters am k. und k. Hofe, Don Merry del Val, con-

stituirt hat, welche über die Details des Programmes, sowie über alle weiteren in Betracht kommenden Punkte Auskunft zu ertheilen in der Lage ist.“

Einer dem Herrn Minister für Cultus und Unterricht zugekommenen Nachricht zufolge ist aber die bisher in Aussicht stehende Betheiligung österreichischer Sammlungen an der in diesem Jahre zu Madrid stattfindenden retrospectiven Ausstellung ungeachtet der Theilnahme verschiedener Sammlungen des Allerhöchsten Hofes oder privater Institute noch keine numerisch bedeutende zu nennen. Da jedoch von den maßgebenden Factoren an die Beschildung dieser Ausstellung seitens der in Betracht kommenden Collectionen des österreichischen Staatsgebietes besondere Hoffnungen geknüpft werden, so machte über Auftrag des Herrn Ministers der Herr Landespräsident mit dem Schreiben

vom 5. Juni 1892, Nr. 1416, auf die gedachte Ausstellung mit dem Beifügen neuerdings aufmerksam, daß die auszustellenden Objecte durchaus nicht unbedingt Amerika, ja nicht einmal Spanien betreffen müssen, sondern für die „Sectio Europea“ alle Gegenstände der Kunst und des Kunstgewerbes aus dem 15. und 16. Jahrhundert — im weitesten Sinne — als willkommen bezeichnet worden sind, und daß, da die Ausstellung am 1. September l. J. eröffnet werden soll, etwaige Anmeldungen mit aller Beschleunigung zu erstatten wären.

Hievon wird der hochw. Diözesan-Geistlichkeit und den Kirchenvorstehungen zu dem Zwecke Mittheilung gemacht, damit dieselben den im obigen Schreiben ausgedrückten Intentionen nach Thunlichkeit entsprechen.

## 40.

### Erkenntniß des k. k. Verwaltungs-Gerichtshofes vom 13. November 1891, B. 3586.

(Budweis, B.-G.-H. Erf. 1891, Nr. 6244, S. 818)

Das Verfügungsrecht über die zu Kirchenzwecken gewidmeten Objecte (Kirchenglocken) steht ausschließlich den zur Besorgung der Kirchenangelegenheiten berufenen Organen zu.

Gemeinde Wallern ca. Ministerium für Cultus und Unterricht (M.-B.-S. Kanéra): Erkenntniß vom 26. August 1890, B. 15.701, puncto Verfügung über die Kirchenglocken in Wallern.

„Die Beschwerde wird als unbegründet abgewiesen.“

**Entscheidungsgründe:** Mit der angefochtenen Entscheidung wurde der Ausspruch der böhmischen Statthalterei aufrecht erhalten, wonach dem Bürgermeister in Wallern bedeutet wurde, daß das Verfügungsrecht über die Kirchenglocken ausschließlich dem Pfarrer zusteht, daß auch nur dieser und nicht der Gemeindevorsteher berechtigt ist, dem Kirchendiener in Betreff des Läutens der Glocken irgendwelche Be-

fehle und Verbote zu ertheilen, und daß der Gemeindevorsteher sich in Hinkunft derartiger eigenmächtiger und demonstrativer Handlungen zu enthalten habe.

Dass die Glocken zu kirchlichen Zwecken gewidmet sind, wird von der Beschwerde ausdrücklich zugegeben; ist aber dies der Fall, dann sind die geweihten Glocken als res sacrae anzusehen und dann steht die Beurtheilung, bei welchen kirchlichen Functionen das Läuten der Kirchenglocken einzutreten habe, ausschließlich den zur Besorgung der Kirchenangelegenheiten berufenen Organen zu. Die Frage des Eigentums der Glocken ist dabei vollends irrelevant, denn die Ausübung des Eigentumsrechtes steht unter der Beschränkung, daß „dadurch weder in die Rechte eines Dritten ein Eingriff geschieht, noch die in den Gesetzen zur Erhaltung und Förderung des allgemeinen Wohles vorgeschriebenen Einschränkungen übertraten werden dürfen.“ (§ 364 a. b. G.-B.)

## 41.

## Ausschreibung der Johann Nep. Schlauder'schen Stiftung für Lehrerwitwen.

Die vom Normalschuldirektor, k. k. Schulrathe und Ehrendomherrn Johann Nep. Schlauder errichtete Stiftung zur Unterstützung von je einer Volkschullehrerwitwe ist für die Zeit vom 1. August 1891 bis hin 1892 wieder einer Anderen zu verleihen.

Solche Witwen, welche sonst keine Stiftung genießen, wollen durch die hochw. Pfarrämter von der Ausschreibung dieser Stiftung mit dem Bemerkung

verständigt werden, daß sie im Falle einer Bewerbung um dieselbe ihr diesfälliges Gesuch mit glaubwürdigen Zeugnissen über ihre wirkliche Armut, ihren tadellosen Lebenswandel und über den mindestens zehnjährigen, im Lande Krain lobenswerth versehenden Volkschullehrerdienst ihres vorstorbenen Mannes zu belegen und bei diesem Consistorium, dem das Verleihungsrecht zusteht, bis zum 30. Juli d. J. einzureichen haben.

## 42.

## Priester-Exercitien.

Die Priester-Exercitien werden heuer von Montag den 8. August Nachmittags bis Freitag den 12. August abgehalten werden.

Es ergeht sonach an die hochw. Diöcesan-Geistlichkeit die Einladung, sich an denselben möglichst zahlreich zu betheiligen. Insbesondere mögen dazu diejenigen Herren erscheinen, welche daran schon lange nicht mehr theilgenommen haben. Leider ist aus den mir vorliegenden Verzeichnissen bezüglich einer exakten Anzahl von Priestern nicht ersichtlich, wann sie nach ihrem Austritt aus dem Priesterseminar die heiligen Exercitien gemacht haben, obwohl sie weder

durch Alter noch durch widrige Gesundheitsverhältnisse daran gehindert waren. Auch sonst ist es nicht bekannt, daß sie sich — etwa privatim in einem Kloster — denselben unterzogen hätten. Diese will ich daher noch ganz besonders und umso eindringlicher hiezu aufgesondert haben.

Die hochwürdigen Herren wollen ihren diesfälligen Entschluß den vorgesetzten Decanatsämtern bekannt geben, damit dieselben in die Lage kommen, darüber bis 30. Juli an das Ordinariat Bericht zu erstatten.

† Jacobus, Fürstbischof.

## 43.

## Canonische Visitation und Firmung.

Mit Bezug auf die Verlautbarung durch das Diözesanblatt Nr. III wird des Weiteren hiermit bekannt gegeben, daß die canonische Visitation und Ausspendung der heiligen Firmung in den Decanaten Trebnje, Leskovec, Novo Mesto und Semič an den nachfolgenden Tagen stattfinden wird:

Am 17. Juni Vormittags Firmung in Trebnje; am 18. Juni Firmung und canonische Visitation in sv. Trojica; am 19. Juni Vormittags Firmung in Leskovec; am 20. Juni Firmung, canon. Visitation und Kirchenconsecration in Velika Dolina; am 21. Juni Firmung und canonische Visitation zu Kostanjevica und Cerklje; am 22. Juni desgleichen in sv. Duh und Studenec; am 23. Juni in Raka; am 24. Juni in Bučka; am 25. Juni in Šent-Jernej; am

26. Juni in Bela Cerkev und Šempeter; am 27. in Brusnice; am 29. Juni in Novo Mesto; am 30. Juni in Šmihel; am 1. Juli Firmung, Visitation und Altarconsecration in Stopice; am 2. Juli Firmung und Visitation in Prečina und Vavta Vas; am 3. Juli Firmung, Visitation und Kirchenconsecration in Podgrad; am 4. Juli Firmung und Visitation in Suhor; am 5. Juli desgleichen in Radovica und außerdem Kirchenconsecration; am 6. Juli Firmung und Visitation in Adlesiči; am 7. Juli desgleichen in Preloka; am 8. Juli in Vrh; am 9. Juli in Stockendorf; am 10. Juli in Čermosnjice und Poljanica; am 11. Juli in Toplice und Soteska, und am 12. Juli in Zužemberg.

44.

## Mässigkeits-Verein.

In der Pfarrre Podlipa, im Decanate Vrhnik, ist ein Mässigkeitsverein ins Leben getreten, welcher hiemit als canonisch errichtet erklärt wird.

Dieser Verein hat zur Gewinnung des vollkommenen Ablasses das Fest der Unbefleckten Empfängniß Mariens (8. December), und zur Gewinnung des Ablasses von 7 Jahren und 7 Qua-

dragenen das Fest des hl. Joseph (19. März) und die ersten drei Quatember-Sonntage des Jahres gewählt.

Die canonische Errichtung dieses Mässigkeits-Vereines ist im resp. Verzeichnisse der Vereins-Mitglieder in der, in dem Diözesanblatte VIII, Seite 87 de 1887, mitgetheilten Form anzumerken.

45.

## Literatur.

Durch die katholische Buchhandlung in Laibach ist zu beziehen: **Pot v nebesa** ali življenje udov tretjega reda sv. Frančiška Seraf., ki med svetom živijo. Spisal O. Nikolaj Mežnarič, frančiškan. Med

slovenskimi molitveniki najpriljubljenejsa knjiga; obsega 554 strani in velja v usnje vezana 90 kr., v usnje z zlato obrezo 1 gld. 20 kr.

46.

## Concurs-Versautbarung.

Die schon länger vacanten, unter dem Patronate des kain. Religionsfondes stehenden zwei Pfarren: Babno Polje, im Decanate Cirknica, und Podlipa, im Decanate Vrhnik, dann die durch Todfall in Erledigung gekommene Religions-

fonds-Pfarrre Trstenik, im Decanate Kranj, werden behufs Neubesetzung zur Bewerbung ausgeschrieben.

Die Gesuche sind an die hohe k. k. Landesregierung in Laibach zu styliiren.

Peremptorischer Competenztermin 2. August 1892.

47.

## Chronik der Diöcese.

Herr Josef Laznik, Pfarrprovisor in Podlipa, wurde für die Pfarrre Polhov Gradec präsentirt.

Herr Dr. Johann Krek wurde als Pfarrcooperator in Ribnica, der Alumnus-Presbyter Jakob Pavlovčič als Pfarrcooperator in Višnja Gora, und der Alumnus-Presbyter Alois Šarec als Pfarrcooperator in Planina angestellt.

Berichtet wurde Herr Josef Gregorič, Pfarrcooperator in Višnja Gora, als solcher nach Trebelno.

Herr Ignaz Gregorič, Pfarrer in Trstenik, ist am 7. Juni 1892 gestorben. Derselbe wird hiemit dem Gebete des hochw. Diözesan-Clerus empfohlen.

Vom fürstbischöflichen Ordinariate, Laibach am 20. Juni 1892.